

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Disputationum theologicarum (Primam etc.) occasione
Examinis Theologici Acroamatici B. Davidis Hollazii et
Thesium propositarum DAnno 172*. hor. [2.] defendet
... - Cod. Durlach 240**

Boye, Johann Ludwig

[S.l.], [1721-1722]

[urn:nbn:de:bsz:31-279804](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-279804)



Diedrich 240





Just 240

DISPUTATIONUM THEOLOGICARUM

PRIMA

occasione

Examini Theologici Acroamatici

B. DAVIDIS HOLLAZII



ET

THESIUM PROPOSITARUM

D. 19. Nov. Anno 1721. hor. 2.

defendet.

DN. *Ursus Mundus CRISTIANUS ROSIUS.*

Ad quam audiendam

PATRONOS MUSARUM, FAUTORES
AMICOS ET COMMILITONES

*perofficose & peramanter
invitat*

JO. LUDOVICUS BOYE.

DISPUTATIONUM
THEOLOGICARUM

R. DAVIDIS HOLLAZII

THESEM PROPOSITAM

PATRONORUM MESSARIUM, PATRONORUM
AMICOS ET COMMITTIONES

IO. LUDOVICUS BOYB

THESES THEOLOGICAS
de

NOMINE ET VARIIS THEOLOGICÆ
DISTINCTIONIBUS

Præside

Jo. Ludovico Boye. Theolog.

Profes.

defendet

SIGISMUNDUS CHRISTIANUS COSIUS.

Anno 1721. d. 19. Nov.

THESIS THEOLOGICA

DE VARIIS THEOLOGICIS

DISCIPLINIS

TRACTATUS

AVCTORE JOHANNES BOYER THEOLOGUS

PHYSICUS

PROFESSOR

IN ACADEMIA THEOLOGICA ALMA MATER

ANNI 1721 M. C. XI

Theolog
fate, al
rie, no
vi voc
cognit
cant, a
te de
Primi
Lui e
cultum
illi The
profite
de ad
sit, il
nam ad
sit, il
primat

Thesis 1.

Theologia, communi cum aliis scientiis
fata, ab objecto suae considerationis prima-
rio, nomen habet. Est enim Theologia
vi vocis λόγος περί τῷ Θεῷ, quem alii
cognitionem & sermonem de Deo expli-
cant, alii convenientius habitu accu-
rate de Deo disserendi interpretari solent.

Thesis: 2.

Primi vocis auctores Gentiles fuerunt.
Qui enim de Deo sublimia docere, &
cultum Deorum explicare solebant, hos
illi Theologos dixerunt; & scientiam, quam
profitebantur, Theologiam vocarunt. In-
de ad Ecclesiam vocabulum illud trans-
iit, & in Scholis Christianorum hodie,
num adhibetur: cum & innocentissimū
sit, & rem scripturae satis convenienter ex-
primat.

Thesis 3.

Quamvis vero prisci Ecclesiae Doctores
voce Theologia strictiori potissimum si-
gnificatu utantur: ut doctrinam de
Deo, & sancta Trinitate, speciatim de
natura Christi divina designet: usu ta-
men, posteriorum maxime temporum, inva-
luit, ut universa scientia diviniior Theo-
logia nomine veniret: cum, quae ad am-
bitum Theologiae pertinent, ad Deum &
consilium Dei de salute nostra referri
debeant.

Thesis 4.

Theologi nomen in inscriptione Apocalyp-
sae Johanni tribuitur, non quod visiones ma-
jestaticas habuerit: sed quod Veritatem
Christi, adversus haereticos sui temporis
scriptis pariter ac viva voce, graviter
& luculenter asseruerit. Ceterum quis
Johannem sibi ipsi nomen Theologi in-
didisse crederet? Illis ergo prorsus

4

accedimus, qui titulum istum, non
ab ipso scriptore sacro, sed à veteri-
bus, qui libros Novi Testamenti, hinc
inde dispersos, collegerunt, praefixum
esse statuunt.

Thesis 5.

Cum Theologia in veram & fal-
sam dividitur, non realis haec est
Theologia divisio, sed aequivoçi in sua
equivocata distinctio. Theologia namq[ue]
falsa, & qua erroribus est mixta ad
opposita Theologia pertinet: tantum
abest ut Theologia proprie & accu-
rate appellari possit.

Thesis 6.

Theologia vera optimo fundamen-
to in Archetypam & Ectypam distin-
quitur: cum, qua in creaturas intelli-
gentes, Homines potissimum, cadit Theolo-
gia, haec ad ideam & exemplar consilii

sit expressa, quod Deus de salute no-
stra ab aeterno concepit, & in tempo-
re revelare constituit. Posses hanc
Theologiam Idealem & Exemplarem
vocare, qua in Deo est originaliter, in
Scriptura Sacra representative: pra-
ter quam alia datur, qua Deus semet
ipsum, & omnia modo perfectissimo
cognoscit: qua abscondita est & in perscru-
tabilis; alioque nomine naturalis &
essentialis appellari solet.

Thesis 7.

Theologia Archetypa, qua est in Chri-
sto, secundum Divinam naturam essen-
tialiter & formaliter, humana ipsius
natura personaliter & communicative
competit: quatenus in illa tota ple-
nitudo Deitatis habitat, ad quam
omnes thesauri sapientiae & scientiae,
atq; adeo, ipsa etiam Theologia Ar-

chetypa referri debet. Dicitur ^{hinc} Theologia, Theologia Unionis, qua si ^{quae non est confundenda cum Theologia Ectypa,} unita est, & humanae Christi natura formaliter ac subjective, sed ratione quadam excellentiori competit.

Thesis 8.

Theologia Gratia, qua & Theologia via dicitur, a Theologia Gloria, qua & Theologia Patria vocatur, non gradu tantum sed essentia & specie differt. Habitus namque specificantur ab objecto formali, quod in Theologia via est, tum Lumen natura, tum vero potissimum lumen revelatum: in Theologia Patria lumen gloria, in quo Deum non abstractive sed intuitive, non tamen comprehensivè, cognituri sumus. Sane,

si Theologia naturalis, qua lumi,
ni natura innititur, specie difert
a Theologia revelata, qua verbo Dei
est superstructa; multo magis Theolo,
gia gloria non a naturali tantum
sed et revelata specie distincta erit.

Thesis 9.


Theologia gratia ante lapsum, qua
ab habitaculo, quod primo homini
destinatum erat, Paradisica voca
tur, mere legalis fuit. Sed alia
Theologia post lapsum, est facies. Neg
enim via salutis nunc est legalis,
sed Evangelica: cum non salvemur vi
foederis antiqui: fac hoc et vives: sed vi
foederis novi: crede in Redemptorem &
salvaberis. Ceterum haec eo non sunt ex
tendenda, quasi Lex per Redemptorem


penitus sublata. Namq; ut fides in
Christum ad causas, ita legis divi-
nae observantia ad ordinem salu-
tis pertinet.


Thesis 10.

Theologia vera etiam irregentis
concedenda: non illa quidem eminen-
tior & Emphatica, quæ cum habitu
doctrinali assensualem & fiducialem
conjungit: verbo, fidem salvificam in-
cludit; sed generalior, quæ habitum
explicandi, confirmandi & defendendi do-
gmata sacra ex verbo Dei haustum,
& ex activa illuminatione Spiritus S.
provenientem, denotat.

Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines, with some words appearing to be underlined or in a larger script. A diagonal line is visible in the lower right quadrant of the page.









8

DISPUTATIONUM
THEOLOGICARUM

Secundæ

occasione
Examini Theologici Acroamatici
B. DAVIDIS HOLLAZII

ET
THESIUM PROPOSITARUM

D. 10. Decemb. Anno 1721. hor. 2.

defendet.

ON. *Carolus Fredericus W. & G.*

Ad quam audiendam

PATRONOS MUSARUM, FAUTORES,
AMICOS ET COMMILITONES

*perofficose & peramanter
invitat*

JO. LUDOVICUS BOYE.

DISPUTATIONUM
THEOLOGICARUM

Occasionem
Historia Theologica et
DAVIDIS HOLLANDII

ET
THESSALICARUM

Ad quos amicum
PATRONOS MISERUM, FAUTORES
AMICOS ET COMMILITONES

JO. LUDOVICUS BOYE

THESES THEOLOGICAS
de

THEOLOGIA RATIONALI
ET PHILOSOPHICA
Praside

Jo. Ludovico Boye
Theolog. Profefs.
Defendet

CAROLUS FRIDERICUS WAAG.

Anno 1721. d. 10. Decemb.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Handwritten text on the right-hand page, partially visible.]
Theolog
revelat
sint ad
tionis a
os in
nem m
Eo
Atque
atque
omni
latam
fignif
sape
relata
ad eand
prae
tur, just

Thesis 1.

Theologia viatorum vel ratione vel revelatione nititur. Illa hodie non sine addito Theologia naturalis, rationalis aut Philosophica dicitur. Hac re insignem qua pollet perfectio, rem sine appposito Theologia κατ' ἐξοχὴν et absolute appellari sœvit.

Thesis. 2.

Atq; quod ad Naturalem Theologiam attinet, hæc si rem recte estimare velimus, ante ipsam Theologiam revelatam pertractari debet, cum & antiquissima sit, & simplicissima; in super vero fundamenta Theologia revelata substernat, & nos manu quasi ad eandem ducat. Quid? quod natura præcunte revelationi facilius credatur, juxta illud Textulliani libr.

De Resurrectione: promisit tibi Deus
naturam magistram, submissurus
& prophetiam, quo facilius credas
Prophetia, discipulus natura.

Thesis 3.

Theologia naturalis a natura nomen
habet, non quod a natura insit: sed
quod ad acquirendam illam adeo
sufficientes vires homini sint a natura
concessa, ut speciali Spiritus Sancti
auxilio & revelatione non sit opus:
Accedit, quod prima illius semina
nobis sint à natura impressa; quod
pro principio rebus naturalibus vita-
tur; quas Graeci non male scolas
appellant, per quas ad Deum, natura
Authorem, ascendere liceat.

Thesis 4.

Potest autem Theologia naturalis vel
partialiter vel totaliter accipi. Part

liter accepta vel est Theoretica
 vel Practica. Illa adductum luminis
 natura Deum absolute & in se, habita
 existentia, essentia attributorum &
 operationum ratione expendit. Hac
 eodem lumine praelucente, Deum
 in ordine ad hominem considerat,
 illum quatenus est summum ipsius bonum,
 & finis illius ultimus: unde cultum
 Deo convenientem explicat, & media
 exponit, qua ad consequendam in Deo
 beatitudinem facere possint. Priorem
 alii Philosophia prima, sive Meta-
physica, alii Pneumatica partem con-
 stituunt. Posteriorum ad scientias mo-
 rales Ethicam & Juris prudentiam na-
turalem pertinet: quarum illa de sum-
 mo hominis bono tractat: haec de offi-
 ciiis prescribit, qua ad cultum Deo con-
 venientem spectant.

Thesis 5.

Theologia naturalis totaliter accepta, quatenus omnem de Deo cognitionem naturalem includit, & scientia practica, quae Deum & cultum Deo debitum, ex lumine natura docet, confirmat & defendit, consequenda a Deo & in Deo beatitudinis gratia.

Thesis 6.

Theologia naturalis est scientia propria dicta: cum, quae de Deo & cultu divinitatis tradit, & objecto sint conformia, & certis insuper ac evidentibus principiis perstructa. Ut adeo suppetit fallantur, qui nullas haec dari demonstrationes statuunt.

Thesis 7.

Demonstratio vel est a priori vel a posteriori. Utraque in Theologia naturali locum habet. A priori: cum ex una perfectione, tanquam a causa, & ratione

a priori, aliam perfectionem colligi-
 mus: & ex attributis Dei essentialibus
 cultum ipsi debitum derivamus. A po-
 teriori: cum ex rebus creatis tanquam
 effectibus ad existentiam & attributa,
 operationes item creatoris concludi-
 mus: vi principiorum, quae sunt natu-
 ra notissima: nihil est a se ipso. Effe-
tus testatur, de causa. Nihil est in
effectu, quod non praexistit in causa.

Dicuntur demonstrationes illae uno
 nomine offensivae & directae, praeter
 quas & indirectas vel elencticas, quae
 ad impossibile & absurdum ducunt sta-
 tuere solent: quarum exempla itidem
 quamplurima in Theologia naturali
 occurrunt.

Thesis. 8.

Theologia naturalis est scientia pra-
dictiva. Quamvis enim in Theologia natura-

li multa tradantur, qua formaliter non
sunt practica: quorum tota de existentia
essentia, attributis, & operationibus De
doctrina pertinet: quia tamen & illa ad
inferendas conclusiones practicas, recte
Dei cultum prescribentes faciunt, nempe
erraverit qui Theologiam simpliciter sci-
entiam practicam esse dixerit. Namq; ad
scientiam simpliciter practicam sufficit
quod non in nuda veritatis cognitione
sistat, sed ulterius ad Praxin tendat,
ipsisq; veritatibus, qua sunt formaliter
theoretica, ad derivandas conclusiones
practicas utatur.

Thesis 9.

Cum de existentia Theologiae naturalis
queritur, questio non est facti, sed
juris. De facto dari Theologiam natu-
ralem exempla Doctorum arguent, qui

vel viva voce, vel scriptis de Deo
 & cultu divinis, quantum fieri potest
 accuratissime, exponunt. Dari vero Theo-
 logiam naturalem de jure, sive illa
 in una sive in diversis scientiis per-
 tractetur, & dignitas argumenti evin-
 dit, & maxima quam nobis solidior
 de Deo notitia naturalis promittit
 utilitas demonstrat.

Thesis 10.

Finis Theologiae naturalis est beatitudo
hominis summa, quo nomine finem
 tum objectivum, tum formalem com-
 plectimur. Objectivus est Deus, in quē
 omnes summi boni conditiones quadrāt.
Formalis in possessione & fruitione De-
 i consistit: qua imperfecta est in
 hac vita, sive intellectus sive volunta-
 tis actus spectaveris: sed consummata &

perfecta erit in altera: quamvis quae
& qualis illa sit futura, ratio sibi re-
victa cognoscere nequeat

Thesis II.

Dari autem post hanc vitam vitam
aliam, rationem rectam minime la-
tet. Satis namq; illi de immortalitate
animarum constat: quamvis quid
de corpore, bonarum malarumq; acti-
onum in hac vita instrumento sit
statuendum definire nequeat. Id saltem
certum & exploratum esse debebat o-
mnibus, quotquot sua recte ratione uti-
tuntur, quodsi Deus illud ex cineribus
suscitare, & menti rursus conjungere vo-
luerit, nihil hic solidi inveni possit,
quo rei istius, satis quidem miranda im-
possibilitas ad conscientia usq; convictio-
nem demonstrari possit.

Media, quæ ad obtinendum finem ratio prescribit, sunt actus in, intellectus & voluntatis, quibus Deus, ductu luminis natura, recte cognoscitur & colitur. Dicuntur uno nomine religio, quam lex natura ex accuratiori perfectionum divinarum, & natura humana, consideratione determinat. Neque vero huc illa tantum officia pertinent, quæ directe & immediate Deum respiciunt, quarum primum quasi & præcipuum est: Deum esse amandum super omnia: sed huc illa quoque referri debent, quæ hominem directe & immediate ad ordinatum sui ipsius & proximi amorem adstringunt: quæ & ipsa cultus divini rationem habent, quatenus ultimus ad Deum, omnium creaturarum finem,

referuntur, & in ejus obsequium,
laudem & gloriam fiunt.

Thesis 13.

Theologia naturalis ad consequendam
beatitudinem hodie non sufficit. Cum
enim homo, per conditionem natura
sua corrupta, & mirum in modum
pravata, ea prestare nequeat, qua
vi luminis natura, Deo exhibenda est
intelligit: est enim à Deo prorsus
aversus, & ad mala quavis propen-
sus, atq; adeo Deum propter pecca-
ta sua offensum habeat; medio erat
opus, quo Deo laeso satisfacere, et
cum eo iterum in gratiam redire
possit. Sed de hoc Theologia natura-
lis nihil desponit, unde in principio
deficit, quo absente nullus Deo pla-
cens cultus Exhiberi potest. et tunc

sunt verba priorum Confessorum
 in Apologia. A. C. Quomodo potest
humanum cor diligere Deum, dum
sentit eum horribiliter irasci, & op-
primere nos temporalibus & perpe-
uis calamitatibus? Lex autem sem-
 per accusat nos, semper ostendit ir-
 asci Deum. Non igitur diligitur
 Deus, nisi postquam apprehendi-
 mus fide misericordiam, tum demum
fit objectum amabile. pag: 83. 84.

Mitto nunc alia quae pro in sufficien-
 tia Theologia naturalis longa serie
 produci possent.

Thesis 14.


Theologia naturalis tum quoad prin-
 cipia, tum quoad conclusiones, quae
 ab illis pendent, vera omnino est, neq;
Theologia revelata vere repugnat:


quamvis finaliter non sit vera;
cum beatitudinem quam ostendit
nobis promittere nequeat. Loquimur
autem de Theologia naturali ab-
stractive & in se considerata. Con-
cretive enim spectata & falsa, &
revelata Theologia contraria esse
potest: ut adeo turpiter se deciperet,
qui Theologiam gentilium cum Theo-
logia naturali confundere vellet.

Thesis. 15.

Solidior Theologia naturalis co-
gnitio hoc tempore prorsus est neces-
saria, quo stultorum, impiorum & athe-
orum plena sunt omnia.

rum ibi
quam
sunt
ia rati
condit
a & flu
contra
ter duc
tiam co
nora pl
naburdi
trus ubi
inipian h







47
DISPUTATIONUM
THEOLOGICARUM

TERTIARUM

occasione

Examini Theologici Acroamatici
B. DAVIDIS HOLLAZII

ET

THESIUM PROPOSITARUM

D. 17. Dec. Anno 1721. hor. 2.

defendet.

ON. DANIEL HEGER.

Ad quam audiendam

PATRONOS MUSARUM, FAUTORES,
AMICOS ET COMMILITONES

*perofficose & peramanter
invitat*

JO. LUDOVICUS BOYE.

DISMILLIATONUM
THEOLOGICARUM

Examinis Theologici Academici

per

D. DAVIDIS HOLLAZII

THESEUM PROPOSITIONARUM

de
de

de

Ad quos studentes

ATRONOS MVSARUM, FAVTORES
AMICOS ET COMMILLITONES

per officio & curam

scribit

JO. LUDOVICVS ROYE

THESES THEOLOGICAS
De

EXISTENTIA ET GENERE THEOLO,
GIA REVELATAE
Præsidi

Jo. Ludovico Boye
Theologia Prof.
Defendit

DANIEL HOJER

Anno 1721. d. 17 Dec.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint handwriting visible on the right edge of the page, possibly from an adjacent page.]

Thesis .1.

Theologia revelata à revelatione no-
 nen habet; non quod per novas & imedi-
 tas revelationes nobis hodie obtingat;
 ed quod verbo revelato nitatur, quod
 cum ad Prophetas & Apostolos factum,
 postea ab iis infallibilibus literis con-
 gnatum fuit. Non enim uti recte
 renaeus libr. III. adv. haereses cap. 1.
 cribit; per alios dispositionem salutis
ostra cognovimus, quam per eos, per
uos Evangelium pervenit ad nos; quod
videm tunc praecogniaverunt, postea vero
ex Dei voluntatem in scripturis no-
is tradiderunt, fundamentum & co-
mniam fidei nostra futuram.

Thesis .2.

Dari revelationem ratio sibi reli-
cta ex indigentia nostra, & summa

Dei benignitatem colligit. Neque haec
gentiles latuit, unde auguria capi-
re, oracula quætere, consilium per
verbo, revelationes expectare, & ad eas
demerebus ad religionem potissimum
pertinentibus provocare solebant.
Bene Sophocles apud Stoicum in
Ecl. Eth. divina quæ ipsi non revelan-
t Calites Nunquam adsequeris cuncta
meres licet. Similia docent Orpheus
Pythagoras, Plato, Aristoteles, & plu-
res alii Philosophorum gentilium, quor-
luculenta de insufficientia luminis
tura & necessitate revelationis testimo-
nia prostant. Apprimè vero huc faciunt
quæ S. Thomas in summa contra gentes
libr. 1. cap. 4. Spongioso prorsus conven-
enter scripsit. Necessarium est homini
accipere per modum fidei (ex revelatione
scilicet) non solum ea quæ sunt supra
rationem, sed etiam ea, quæ per rationem

cognosci possunt. Et hoc propter tria.
 primo quidem ut citius homo ad veritatis divina cognitionem perveniat.
 secundo ut cognitio Dei sit communior,
 tertio propter certitudinem.
 ratio enim humana in rebus divinis
 multum deficiens. Cujus signum
 est, quia Philosophi de rebus huma-
 nis naturali investigatione perscrutari
 in multis erraverunt et sibi ipsis
 contraria senserunt. ut ergo esset in-
 dubitata & certa cognitio apud homi-
 nes de Deo, oportuit, quod divina eis
 per modum fidei traderentur, quasi
 Deo dicta qui metiri non potest.

hactenus S. Thomas.

Thesis. 3.

Revelatio divina & Deo digna, & scopo
 suo ex arte conveniens esse debet. Hanc
 ergo & veram, & sanctam & ad salutem
 hominum propterea sufficientem esse oportet.

ter, quae, quod lumini natura de-
est, excellentissima quadam ratione
compenset. Sed nihil horum de re-
lationibus gentilium dici potest, quae
suis se sponte mendacis, obscenitati-
bus & ineptiis produunt. Contra ea, quae
quid ad revelationem divinam requiri-
tur, hoc omne ad sermones Propheti-
cos & Apostolicos in Scriptura con-
tentos applicari potest. Hos dum ma-
le devota, & desalate nostra recte
solicite, assidue & obedienter legimus,
admirandos intra nos ipsos effectus de-
prehendimus, qui nos tandem de divini-
illorum origine plenissime convincunt
est haec spiritualis illa experientia
ad quam Christus viam nobis aperit
Joh. 7. v. 17. si quis voluerit, quod pa-
ter meus vult, facere, cognoscet de do-
ctrina mea utrum ex Deo sit an ego
a me ipso loquar.

Thesis 4.

Admissa revelatione nemo temere
de existentia Theologiae revelatae de-
bitaverit. Plane enim est necessa-
rium ut scriptura recte interprete-
tur, veritates in illa extantes, sive
ad credenda sive ad agenda pertineant
accurate explicentur, confirmentur,
indificentur, & defendantur. Sed haec per-
lectam rerum sacrarum ~~sacrarum~~ no-
titiā important, quam Theologiam
vocare, & a simplici veritatum divi-
narum cognitione distinguere solemus.

Thesis 5.

Satis haec docent Theologiam forma
liter acceptam non voluntatis sed in
intellectus habitum esse. Theologia
namq; perfectionem mentis circa sacra
radicatam & roboratam significat, qua
veritates in verbo revelatas prompte
explicare accurate demonstrare & ad-
versos quoscunq; adversarios solide p̄in-

dicare possumus. Sed ut perfectio ra-
dicata & roborata, quae ad ad agendum
prompto & expedito credit, non Phi-
losophorum tantum sed ipsius Scriptu-
rae Sacrae stylo et sive habitus
dicitur Conf. Hebr. 5. p. 14. ita actus
ad quos ille per se & sua natura in-
clinatus satis evincunt, Theologiam formaliter ac-
ceptam non ad voluntatem sed ad intelle-
ctum pertinere; eum quicquid est cogno-
tionis intellectui non voluntati adser-
bi debeat.

Thesis 6.

Quae de genere Theologiae proximo
inter ipsos Ecclesiae nostrae Doctores
disputantur, haec si rem recte aesti-
mare velimus, ad quaestiones nominales
& Aristotelico-Scholasticas referri de-
bent. Quod si ex habitibus intellectus
qui hactenus sunt agniti, genus Theo-
logiae assignandum fuerit, scientia est
Cum alius non sit, qui pari ad Theolo-

gram jure applicari possit. Theolo-
 gia namq; sua natura tendit ad
 explicandas, demonstrandas & defen-
 dendas veritates coelestes: sed hoc
 Scientia est proprium, quam habi-
 tum demonstrativum definire so-
 lent. Atq; hinc & Jacobus eos qui
 peritia Theologica sunt instructi, ut
 alios docere possint, in pro
 vocat, scientia imputos cap. 3. p. 13. &
Patres passim Theologiam scientiam
 esse agnoscunt: id quod late proba-
 vit Melchior Zeidlerus in profa
ratione doctissima, quam Analyse operi
 propterea incomparabili praemisit. Ex
 multis nunc S. Augustinum addu-
 xisse sufficiat. Ita vero ille lib. 14
de Trinitate cap. 1. aliud est scire tan-
 tummodo, quid homo credere debeat, pro-

pter adipiscendam vitam beatam, quae
non nisi aeterna est; aliud autem
scire, quemadmodum hoc ipsum piis op-
tuletur, et contra impios defendatur,
quam proprio vocabulo appellare
scientiam videtur Apostolus vide 1.
Corinth. 12. 18.

Thesis. 7.

Dari in Theologia demonstrationes,
nulla me iudice dubitari ratione potest
est. Namq; & vera et certa hic oc-
currunt principia, ex quibus conclu-
siones elicimus et syllogismos ne-
ctimus, qui alio nisi demonstra-
tionum nomine venire nequeunt. Vide-
ris hic demonstrationes a posteriori
ad conclusiones ex clara Scriptura
littera et in fallibili Dei revelantis
testimonio probamus; qua ratione
certior conclusionis scientia habet

quam si de objecto evidente per causam
 aliquid fuisset demonstratum. Huc
 vero & illa probationes pertinent, quae
 desunt ex effectu, causa remota & signo
necessario, Scriptura iterum praesentante,
 desumptae quae omnes in Theologia
 passim occurrunt, & in scholis
 Philosophorum diversas demonstratio-
 num classes constituere solent. Pari-
 ratione à priori quam plurima
 in Theologia demonstramus, Scriptura
 iterum faciem praeferente, dum ex cau-
 sis, nunc formaliter nunc virtualiter
 causantibus, affectiones objecto cuidam
 sacro competere colligimus. Neque vero
 ullum est causa genus, quo non Theologi
 subinde utantur: id quod illi demum re-
 cte intelligent, qui, quae de variis de-
 monstracionis a priori modis in scholis
 Logicorum tradi solent accuratius di-

dicerint vid. Roetenbeccii Logicam vel
& nova Zeidleri Analysis Hebenstre
Logica Sacr. &c. Ceterum ut Ulan
leneticis Demonstrationibus ipsa
Scriptura utitur conferatur. Corinth.
15. & 14. ita nec a Theologia illa
nitus exulant, id quod systemata Theo
logica curatius evolventibus ignotus
esse haud poterit.

Thesis .8.

Theologia sua natura est scientia
practica. Neg, enim nuda objecti sui
speculationi est contenta: sed ultius
ad Praxin fidei et operum tendit: to
taq, in hac laborat, ut homo per pecca
tum a Deo abulsus huic iterum con
jungat, et vitam divina voluntati
convenientem vivat: ut tandem peract
vita hujus curriculo eternam a Deo
& in Deo beatitudinem consequatur.
Illis ergo qui Theologiam in Theore

Logicam et practicam dispescunt acco-
 dere non possumus, nisi distinctionem illam
 subjective potius quam finaliter in
 intellectam voluerint. Vere enim ~~Pro~~
 Scherzerus in Prolegom. System. Theol.
 par. 8. scribit: nihil est in Theologia
 quod non sit practicum #. h. e. praxin
 pro fine habeat.


Thesis 9.

Theologia hoc tempore non est habitus
infectus sed acquisitus. Quamvis
 enim Theologia initio nascentis Ecclesie
 Apostolis citra industriam illorum
 communicata fuerit: nunc tamen ea
 ratione non conceditur amplius, sed
 multo labore ac studio, ipsa experien-
 tia teste, acquiri debet: ut adeo non
 immerito rideamus, Cum Gregorio Na-
 zianzeno ex Orat. 29. Sapientes unius
diei quibus ad id ut Docti & Theologi
sint sola sufficit voluntas.


Thesis 10.

Neg, vero nobis sunt adversi, qui
Theologiam habitum ~~Theo~~ ~~Dr~~ ~~ob~~ ~~do~~ ~~ct~~ ~~o~~
appellare solent. Non enim stylo
apud Philosophos & Scholasticos re-
cepto loquunt, ut voce illa habitum
designent, qui citra nostrum studium &
laborem confertur: cum ipsimet
fateantur Theologiam nobis hodie non
nisi per doctrinam meditationem &
exercitationem diuturnam obtingere:
sed quod principium cognoscendi ex quo
addiscitur ^{scilicet} a Deo datum, et objectum
quoque, quod tradit, vere divinum. ~~est~~ sit.

desert
tuo de
enim
holaf
illa
um f
m ip
obis
itiora
anting
horre
ed ob
num







26
DISPUTATIONUM
THEOLOGICARUM

QUARTAM

occasione

Examini Theologici Acroamatici
B. DAVIDIS HOLLAZII

ET

THESIUM PROPOSITARUM

D. 14. Jan. Anno 1722. hor. 2.

defendet.

N. JOHAN. HENRICUS HEMBERGER

Ad quam audiendam

PATRONOS MUSARUM, FAUTORES,
AMICOS ET COMMILITONES

*perofficiose & peramanter
invitat*

JO. LUDOVICUS BOYE.

DISPUTATIONUM

THEOLOGICARUM

Handwritten signature in brown ink

Handwritten text in brown ink

Handwritten text in brown ink

R. DAVYDIS HOLLAZII

THESIUM PROPOSITARUM

Handwritten text in brown ink

Large handwritten signature in brown ink

Handwritten text in brown ink

PATRONOS, MUSARUM, PAULTORES
AMICOS ET COMMILITONES

Handwritten text in brown ink

JO. LUDOVICUS BOYE

THESES THEOLOGICAS
de
CAUSIS THEOLOGICÆ
REVELATÆ
Præside

Jo. Ludovico Boye.
Theolog. Profess.
Defendet

Jo. Henricus HEMBERGER.

Anno 1722. d. 14. Jan.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include the following lines:
Theater & Theologie
Glossar Theologie
Reverend
Ludovicus Baur
Theater Prof
Herrmann Heberich
Juni 1722

Handwritten text on the right edge of the page, partially visible. It includes words such as "Theologia", "Reverend", and "Juni".

Thesis 1.

Causa efficiens Theologia non doctri-
 taliter tantum, sed & habitualiter ac-
 cepta est Deus Trinus, per appropria-
 tionem Spiritus Sanctus. Cum enim omnis
 cognitio rerum sacrarum ex verbo Dei
 iuxta gratiam Spiritus Sancti docenti ad-
 cribi debeat: non apparet, qui illa ab ha-
 bitu Theologia, hoc est perfectiori veri-
 tatem coelestium cognitione excludi debeat.
 Cavabit hic meminisse, quod verbum Dei
 & oeconomicam & gratiam Spiritus San-
 cti applicatricem pertineat: cum sit medium
 tunc in finem divinitus institutum, ut
 ex illud bona spiritualia merito Chri-
 sti parta nobis applicentur. Hinc enim spon-
 dit; id omne Spiritui Sancto tanquam
 auctori & principio operanti & applicanti ad,

scribendum esse, quod hoc medio gratia
applicatricis in homine est productum
Ceterum cum Spiritus Sanctus gratiam
hanc suam per Ministros dispenset, quos
doctores & velut Hypodidascales constituit
Act: 20. v. 28. & dotibus suis ornat ac instruit
1. Corinth. 12. v. 4. seqq. 2. Cor. 3. v. 5. ne
erraverit, qui ipsos quoque Theologos habet
Theologici Auctores dixerit.

Thesis 2.

Probe hic tenendum, quod cum Spiritus Sanctus
operatur homines per verbum docet & informa-
mat id duplici ratione fieri soleat.
Nunc enim agit ad analogiam modi natura-
turalis, dum res ad salutem pertinentes
clara scripta manifestat & legentibus vel
audientibus naturali quadam ratione insinuat.
Nunc modo supernaturali operatur, dum
fide & potentia sensui conjuncta id officit.

ac meam litera & contextus sensum indicantis
 est pro g is s i m e trans end it. I l l i u s e f f e c t u s e s t
 actus p r e h e n s i s i m p l e x v e r i t a t u m c o e l e s t i u m,
 am suo modo naturalem dicere posses.
 que enim vires natura superat, verba ad
 telligentiam scripta legere, audire & sen,
 in verborum ex usu, contextu, & si qua
 Thed. s i c u l t a s u p e r s i t, d i l i g e n t i r e g u l a r u m
 t. i n t e r m e n e v t i c a r u m a p p l i c a t i o n e c o l l i g e r e.
 d aliter cum effectu est comparatum,
 cum i i a s u p e r n a t u r a l i m o d o o p e r a n d i d e,
 Docet q u a S p i r i t u s S a n c t u s h o m i n e m
 fieri s e n s u & v e r i t a d i v i n i t u s c e r t u m r e d,
 iam t, c o n v e r t a t, r e g e n e r a t, r e n o v a t & o b s i g n a t.
 eic enim nulla homini vires per naturam
 legentib. n t r e l i c t a, s e d q u i o q u i d e s t h u i u s c e m o d i
 raticio p o t u s i d i n s o l i d u m s u p e r n a t u r a t i p o t e n t,
 eratur a d i v i n a q u e s t v e r b o c o n j u n c t a a e,
 iuncta r i b i d e b e t.

Thesis 3.

Patet ergo, qua ratione ipsimet habitus
Theologici in nobis deprehensi Auctores &
causa esse possimus. Namque quod ad habi-
tum Theologiae doctrinalem attinet, qua ve-
ritates in verbo revelatas, sed perfectione
quodam modo cognoscimus, ut easdem aliis per-
spicere explicare, solide demonstrare & adve-
sus quoscunque veritatis divinae hostes ac-
curate vindicare & defendere possimus:
hic supposito necessario Philologia & Phi-
losophia apparatus, quem non sine ingenio
et labore & studio, comportamus, sedula
scoltatione lectione & meditatione verborum
Divini, scriptorumque huc facientium, accu-
rentibus in super varii generis exercitiis
acquiratur. Multum hic vires per ne-
curam relictas valere qui statuerit, m-

me erraverit. Neque tamen temeritatis
 tam effugere poterit, qui Spiritum San-
 ctum hinc nihil prorsus agere & conferre
 poterit. Magis vero se prodit potentissima
 ei operatio cum de habitu Theologiae
invenienti est sermo, quem assensualem
fiduciam dicere posses. Quamvis enim
 ille ad analogiam reliquorum habi-
 tum per crebros actus comparatur, neq;
 tamen illi viribus naturalibus sed gratia
 divina sunt adscribendi: quae intellectum
 purum illuminat voluntatem
 selectit, movet, corrigit, & emendat ut
 in assensu & firma fiducia in meri-
 to Christi recumbere & vera virtuti stu-
 dere possit.

Thesis 4.

Objectum Theologiae vel est materiale vel
formale. Illud in religione constituimus.

cum qua in Theologia occurrunt, religionem
unice concernant, et vel ad rectum De-
sensum, vel verum illius cultum referri que-
ant. Formale, quod & principium cognoscen-
di, & fons notitia Theologica dicitur est
velatia divina in scripturis comprehensa.
Qua enim de religione ratio sibi relicta
et ad Philosophiam potius quam ad Theo-
logiam referri debent.

Thesis 5.

Finis Theologia proximus ab objecto illius
nihil differt. Hoc enim in scientiis practicis & disci-
plinis, ad quas ipsas quoque Theologia notitia
pertinet, est perpetuum, ut finis objecti
simul rationem habeat. Huc ergo Theologia
tendit, ut homines veram religionem do-
ceat, credenda & agenda sedulo inculcet
ut & Deum recte cognoscere et ad praescriptum
verbi divini convenienter colere possint.

acipiam. religionis partem fides in Christi,
am constituit, cum qua sanctimonia vite
insolubili prorsus vinculo cohaeret. Habent
illa rationem finis sed partialis, qua
religione tanquam fine Theologia totali
comprehenditur.

Thesis 6.

Fide & sanctimonia vite ad quam
quis queror Dei, spes fiducia filialis, & omnes
universum virtutes pertinent, vera et sum
hujus vite felicitas conjungitur. Hac enim
possessione et fructione summi boni po-
simum consistit. Sed summum hominis
um Deus est, quo vera in Christum fide
hac vita potitur, amore sincero et non
cato fruimur. Scilicet cum fide Christum
prehendimus, gratiam Dei consequimur, atq[ue]
eo Deum nobis intime praesentem propi-
et ad pacem & faventem habemus. Et cum Deum
propter se ipsum amamus eodem suavis-
sime in hac vita fruimur: cum frui

re aliqua, ut Augustinus libr. 1. de Doctrina
Christiana c. 3. recte docet: nihil aliud
sit quam amore inharere rei propter ipsam.
Neq; vero amore tantum, sed & aliis actibus
Deo in hac vita frui possumus. Huc fiducia
filialis, & spes certa pertinet, qua divina
bonitatis participes reddimur. Quodsi enim
tunc etiam frui re aliqua dicimur, cum
fructus illius capimus: neque fiducia filialis
neq; spes neq; similes actus heic excludi
sunt. Capimus namq; fructus divinae boni-
tatis, cum in eodem velut rupe immota re-
cumbimus, in secundis et adversis rebus boni
animo sumus, divinis promissionibus confide-
mus, & in Deo nostro, etiam in mediis affli-
ctionibus constanter gaudemus. Patet ergo
quod vera hujus vita felicitas, et quam
illa constituit unio cum Deo ad fines Theo-
logiae referri debeant.

em finibus modo enarratis ultimus id
 est beatitudo aeterna, vi promissionis divi,
 in pacto Evangelico fundata, nexu prior,
 necessario cohaeret. Qui enim Deo fide in
 Christum sunt conjuncti, & amore inhaerent,
 eos aeterna vita felicitas quam certisfi-
 mane manet. Thesis 8.

quodsi terminis Philosophicis qua di-
 cimus exprimere velles, dicendum foret si
 Theologia vel esse internum vel ex-
ternum. Internus est ea verbo Dei actu,
 & solide docere qua ad religionem
 pertinet: atq; adeo hominem ad
 huius & alterius vita felicitatem
 adducere. Externus vel est objectivus vel
formalis. Objectivus est Deus summum
 hominis bonum: formalis vel est in-
termedius vel ultimus. Intermedius est
fundamentalis vel fundatus. Fundamentalis

est religio quo nomine & fidem & vita san-
fundatq est vera et summa hujus vi-
ta felicitat. timoniam comprehendimus. # Ultimus de-
nigz est salus aeterna qua aeternam glori-
riam Dei pro suo iterum fine ultimo ag-
scit. Thesis 9.

Satis haec docent Theologiam studio
omnibus preferendam esse. Dignitas namque
que scientiarum a fine dependet. Sed nihil sine
Theologia dignius vel excellentius esse aut cogitari potest. Satis hoc boni
& probi omnes intelligunt, imo ipsi etiam
saniores Politici confitentur. Quod autem
plurimi illorum qui Theologi esse cupiunt
parvi aestimentur, hujus causa alia non est
quam quod paucissimi vel scientia vel prae-
dentia Theologica polleant: plerique
tam vivant, qua parum aut nihil
ctrina ipsorum respondet.

Thesis 10.

33

Rejicienda hic est vana illorum per,
uasiv, qui Theologiam non tam ad
felicitem hujus, quam alterius vi,
e comparatam esse putant. Sane si
Theologia summam hujus vita felicitate,
m non attingit, nulla disciplina erit,
na nos finis illius in hac vita parti,
pes reddere possit. Est ergo hoc seculo
Theologis inculcandum, veram & summam
felicitem hujus vita in unione cum
eo quarendam esse, ad quam sola Theolo,
gia nos ducere possit. Sed et hoc graviter
causa & diligenter est ostendendum, quod
felicitas reliqua, qua mortales mire ea,
ant: parientur, ad appendix felicitatis summa
ertineat, hac autem deficiente quidvis
otius quam felicitas dici debeat. Atq,
iac est causa, cur in enarrandis fini,
us Theologia distinctam felicitatis

huius vite mentionem injecerim. Praesentibus magis quam futuris ducimur.
Hoc ergo Theologus potissimum agat, necesse est, ut homines in hac vita felices, imo felicissimos reddat, cum qui in hoc seculo felices non sunt, hi in altero felices esse queant.

Thesis II.

Subjectum Theologiae vel est operationis vel inhabitionis. Subjectum operationis est homo peccator, seu peccato corruptus & obnoxius, qualis post lapsum est omnis homo carnaliter generatus per omnia vitam sive irregentus sive renatus fuerit. Neque enim Theologia homini tantum irregentis praxin fidei & salutis testimonia praescribit, sed ipsas quoque irregentis dirigit, ne per peccata procreta statu gratia, atque adeo summa huius & alterius vite felicitate cesset.

in ignorant. Sane si in cognitione veritatum
 celestium, fide & sanctitate renatos in
 ies pergere oportet, semper Theologia
 pus habet, cum nunquam in hac vi,
 tam perfectum statum attingant
 non sicut perfectior & excellentior dari neque
 queant.

Thesis 12.


Subjectum inhesionis, cui habitus
 Theologicus inhaeret, est homo Dei, qui
 ariis donis ministrantibus a Deo est
 fructus. Neque enim usitatum est,
 vel Deum vel Angelos vel Bea,
 Theologos dicamus. Ceterum cum
 oritur, an habitus Theologia non
renatos tantum sed & irrogenitos ca,
re possit? cum distinctione est respon,
 endum. Quod si enim per habitum Theolo,
 na generacioni sensu, promptitudinem ea,
 licandi demonstrandi, vindicandi & defen,
 lendi dogmata sacra intellexeris, dubium

nullum est, quin ille non inrenatos
tantum sed & irrogenitos cadere possit.
Sed si eminentiori sensu habitum
Theologia acciperis prout assensum
simul, non humanum tantum sed &
Divinum, eumq, non actuale modo sed
et habituale, non generale dum
taxat, sed et speciale ac fiduciale
verbo, fidem salvificam includit, evi,
dens est Theologiam hoc modo accepta
renatis esse propriam: qui veritates
coelestes sigillo Spiritus Sancti inha,
bitantis obsignatas & confirmatas ha,
bent. & tales se revera praestant qua,
les ex intentione Dei esse debent. Utter,
que significatus in Ecclesia receptus
et in posterum quoq, sedulo tenendus.
Ille contra Donatistas, qui cum irre,
genitos veros Theologos esse negave,


rint, eo mox sunt progressi ut ministe-
rium malorum omni usu & fructu
estitutam esse dixerint. Hic ut Scri-
ptura satisfiat, qua cum notitia
verum sacrarum fidem & affectum
conjungit et talem Theologi ideam
nobis depinxit qua nulla ad irrogenitos
applicari ratione potest.


[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]











THESES THEOLOGICAS
de

NATURA ET INDOLE

THEOLOGICÆ
Præside

Jo. LYDOVICO BOYE
Theologia Prof.
defendet

CAROLVS FRIDERICVS WAAG
Anno 1722. d. 23. Jan.

Thesis 1.

38

Theologia est Scientia practica ex verbo Dei scripto docens confirmans & defendens ea omnia quæ ad rectam et salutarem religionem pertinent; ut ejus opera homo peccator veram & summam hujus & alterius vite beatitudinem consequatur.

Thesis 2.

Ita vero generationali & abstractiori, sed visitato tamen & proprio sensu Theologiam accipimus, prout illa non in renatos duntaxat, sed et irrogenitos cadere potest. Neque enim renati tantum, sed & irrogeniti ex verbo Dei scripto, docere, confirmare & defendere possunt, quæ ad veram & salutarem religionem pertinent. Satis hoc experientia docet unde non apparet, qui irrogenitis vera & proprie sic dicta Theologia dene-gari queat.

Thesis 3.

Rem acie minime tangunt, qui hic inter veritatem logicam & Metaphysicam distinguunt: & irrogenitorum Theologia veritatem quidem logicam concedunt: sed Metaphysicam prorsus denegant. Vel enim de doctrina, vel de habitu loquantur. Si de doctrina, hac Scriptura est conformis, atq; adeo logica vera, vera etiam est metaphysice. cum nihil illi desit quod ad essentiam verae doctrinae pertinet. Sin de habitu prorsus non apparet, qui illi veritas Logica tribui, metaphysica autem penitus abjudicari debeat.

Thesis 4.

Quando vero pii & cordati Theologi Museus, Bajerus, Rudraufius aliq; Theologiam irrogenitorum equivocam & improprie talem esse statuunt; ad eminentiorem Theologiae acceptionem &

39
definitionem attendunt: qua Theologum
actu ipso ad finem convenientem dispo-
nit; atq; adeo fidem simul & pietatem
includit. Fatemur utiq; Theologiam
irregentorum supposito hoc perfectioni
Theologia conceptu veram non esse.

Neq; tamen eminentior illa Theologia
acceptio generalem & communem, suo ta-
men modo propriam significationem
tollit: cum plures unius vocis significa-
tus, proprius, magis proprius, et pro-
priissimus esse possint.

Thesis 5.

Neq; vero hic vel a Scriptura vel a
modo loquendi Ecclesia usitato recedimus.
Quod enim ad Scripturam attinet, hoc
de notitia rerum sacrarum duplici ra-
tione loquitur. Nunc enim illam ut
emphaticam & affectivam describit: nunc
ut simplicem considerat: unde & scien-
tiam charitate, atq; adeo ipsa etiam
fide salvifica desitutam dare posse statuit.
conf. 1. Cor. 13 v 2, Scripturam Doctores

Ecclesia sequuntur: quibus hoc est per
quam familiare, ut notitiam rerum
sacrarum, ipsamq; Theologiam, nunc
totali sua perfectione definiant, prout
illa renatis est propria: nunc generalit
ri & abstractioni ratione describant, qua
in renatos pariter ac irrogenitos cadere
possit.

Thesis 6.

Cum questione de veritate Theologia
irrogenitorum alia connectitur: an The
logia, qua in irrogenitos cadit sit spiri
tualis & supernaturalis? an mere litera
lis & naturalis? qua rectius Philosophia
de rebus sacris, quam Theologia dici de
beat? de qua distincte & per certas posi
tiones respondendum erit.

Positio 1.

Theologia irrogenitorum non est spiri
tualis eminentiori illo sensu, ad quem
Theologi orthodoxi attendunt: dum noti
tiam rerum sacrarum ea Scriptura hau

stam aliam literalem, aliam spiritua-
lem esse statuunt. Spiritualem namq[ue]
 notitiam illam demum appellant, qua
 est ad usus à Spiritu S. intentos tra-
 ducta, & cum plena illuminatione, pijsq[ue]
 cordis motibus conjuncta. Sed talis
 non est Theologia irrogenitorum: unde
 nemo erraverit qui illam in oppositione
 ad notitiam spiritualement modo explica-
 tam, mere literalem dixerit. Cum enim
 notitia literalis spirituali contradi-
 stinguatur, voce illa cognitio theoretica
 & speculativa intelligitur, qua fide in
 Christum, & qua cum illa coharet, vi-
 ta sanctimonia destituitur.

Positio 2.

Nihil vero hic negotij cum Fanaticis
 nobis esse volumus, qui conceptus rerum
 sacrarum ex verbo Dei haustos notitia
 literalis nomine traducunt, omnij vir-
 tute & potentia divina destitutos esse sta-

tuunt: contra ea vero nescio quam noti-
tiam spirituales commendant, quae
ex immediata Spiritus S. illuminatione
& luce quadam interna proveniat. Neg-
enim conceptus ex verbo Dei hausti, vir-
tute & potentia divina sunt vacui: ne-
que alio modo illuminatio nobis hodie
obtingit, quam per verbum Dei quod in
scriptis Prophetarum & Apostolorum
continetur. Sed de hoc alibi ex iusti-
tuto dicendum.

Positio 3.

Quamvis notitia rerum sacrarum ex
Scriptura comparata in irregeneratis non
sit absolute spiritualis: nihil tamen
obstat, quo minus eandem certo respectu
et secundum quid spirituales dicamus.
Cum enim illa sit ex Scriptura desum-
pta, per quam Spiritus S. gratiam sa-
am docentem exercet, huic tanquam auto-
ri et causa agenti principali est adscriben-

41

da: atq; ades hoc intuitu recte spiritua-
lis appellari poterit. Huc vero & alii
respectus ab objecto et sine desumpti
pertinent: satis digni qui hic in con-
siderationem venire, et fundamentum
denominationis praeberere possint. Namq;
si objectum spectes circa ea qua sunt
spiritus Dei, hoc est veritates coelestes
versatur, qua spiritum s. illuminantem,
pulsantem & operantem in dissolubi-
li vinculo connexum habent. Sin fi-
nem consideres eo tandem ex intentione
Dei est comparata ut effectus spiritua-
les in homine producant eundem conber-
tant, regeneret, renovet et salvet.

Positio 4.

Patet ergo simul, quid de quaestione
illa: an irregentus possit dici Doctus,
δακτος hoc est a Deo Doctus. sit statu-
dum. Scilicet uti ab homine docti di-

cuntur, qui notitiam, quam habent, ex
verbo hominis compararunt; ita ab eo
docti illi merito censentur, qui notitiam
quam possident, ex verbo Dei per gra-
tiam Spiritus S. doctentem accepe-
runt. Esto, regentos qui per gratiam
inhabitantes Spiritus S. sunt per-
fecte illuminati demum κατ'ἔξοχην
theodidactos dici et censeri posse. Ne,
que tamen exochicus ille significatus
aliam penitus tollit, cum nostrum
non sit gratiam Spiritus S. doctentem
quam Scriptura ad omnes omnino homi-
nes, modo sint dociles, extendit, tam
angustis cancellis includere, ut solis re-
gentis competere possit.

Positio 5.

Theologia irrogenitorum non est na-
turalis sed supernaturalis. Neq; enim
hic ad vires natura, quas in acquirenda
Theologia non nihil valere in precedenti

disertatione diximus, sed ad principium
cognoscendi & objectum, a quibus suam
 alias scientia denominationem accipi-
 unt potissimum attendendum venit.

Cum ergo principium notitia Theologi-
 ca sit supernaturale, objectum quoque
 ita comparatum, ut principis rationis,
 qua naturalem notitiam gignunt, sit
 longe superius et sublimius, nemo ave-
 ritate aberraverit qui Theologiam
 irrogenitorum supernaturalem dixe-
 rit.

Positio b.

Est vero & illud hic sedulo tenendum,
 quod vires natura ad acquirendum ha-
 bitum Theologicum, illum etiam qui in
 irregenos cadit, minime sufficiant.
 Quamvis enim illis ad sensum verborum
 Scriptura consequendum valeant, in
 illis praesertim dictis, quae sua quasi
 luce radiant: eo tamen non sunt compa-
 rata, ut res ipsas, mysteriosas potissimum,

citra super naturalem Spiritus S.
illuminationem percipere, et assensu
divino veritates coelestes comprobare
possis. conf. 1 Cor: 2. v. 14. Enimvero
nihil illorum quae sunt Spiritus Dei in-
genitum, sed docilem, et ex verbo Dei
illuminatum percipere, omnique assensu
divino etiam generali et actuali desi-
tutum esse nemo dixerit.

Positio 7.

Satis haec docent Theologiam irrego-
nitorum non esse dicendam Philosophiam
de rebus sacris. Namque Philosophia
ad naturam: Theologia ad gratiam
pertinet. Illius principium est ratio.
Theologia revelatio in Scripturis
contenta. Ad Philosophiam Spiritus
S. concursu generali influunt: sed ad no-
titiam rerum theologicarum etiam
in irreginito speciali & supernaturali

modo concurrat. Bene Venerandus Fört,
 Schius in Nucleo contro. Sacrar. Diss.
 § 15. p. 12. concludit: Quae facultas,
 promptitudo habitus comparatus est
 peractus, ex verbo Dei excitatus, ita
 inseparabilem secum habeat, con-
 iunctum Dei supernaturalem excitantem,
 pulsanter, operantem, aliquando
 effectibus abs subjecto receptis,
 aliquando obresistentiam omnimodam
 excessis & rejectis, illa nullo modo Phi-
losophia circa res sacras, multo minus
falsa Theologia, aut aquivoce talis
absolute, aut diabolica dici potest.
 Quid enim, num vires a Spiritu S. ex
 verbo Dei excitatae sunt Philosophia?
 num Philosophia secum habet conjun-
 ctum Spiritum S.? Coniunctum Dei su-
 pernaturalem? num e Scriptura excitata?

num Diabolica, quæ à Spiritu S. exci-
tata et ad conversionem directa Theo-
logia? num falsa quæ intime secum
habet Spiritum S. Resistencia est
Diabolica, non donum ipsum: nec falsa
dici potest: nam quod in suo genere ve-
rum est suæ requisita habet substan-
tialia, falsum nequaquam est.

Thesis 7.

Theologia partes sunt: Exegetica,
Didactica, sub qua Theticam & Moralem
comprehendimus, deniq; Polemica.
Quas enim alii addunt, Theologia species
hae peculiare illius partes haud con-
stitunt: sed in mera Theologia Exe-
getica, Didactica et Polemice appli-
catione consistunt.


Thesis 8.

Theologia recte præceptis methodi-
cis comprehenditur et in systemate
proponitur. Hunc enim in finem

Deus Doctores constituit, ut quae
 in Scriptura sparsim sunt tradita, cer-
 to ordine & methodo dirigantur expli-
 centur, vindicentur & ad usus saluta-
 res transferantur. Atq; in hoc se duccem
 Theologis Deus ipse praebeat, dum agen-
 da in decalogo, petenda in oratione Do-
 minica, media salutis in tabulis vo-
 cationis Paulinae Act. 26. v. 18. sapien-
 tissime ordinavit.

Thesis 9.


Theologia Polemica, qua veritates
 divinae rite formatae controversiae sta-
 tu argumentis solidis confirmantur
 & ab exceptionibus & objectionibus adver-
 sariarum vindicantur & defenduntur,
 in Ecclesia militante, cui cum diabolo
 instrumentis illius, hostibus scilicet ve-
 ritatis coelestis, perpetuus est conflictus,
 prorsus est necessaria.







1019



1010

